

perorem, an quod miser sum ideo sum
reus? impium misericordia non faciunt, sed
mala mens: ad Regnum tuis armis sub-
actum eripui: raptum recepi non abste-
si: leges conclamant quod furaris repe-
re nefas non esse: Sed mihi illud donasti:
scilicet si id donare dicitur, quod postquam
abripuisti medium tantummodo reddis:
Regnum occupavi, sed meum, te Impera-
tor. (Solue libertas metum) te bello
lacepsus ut hostis sum persecutus, do-
leo fortunam non respondisse animi mei
fortitudini, te denicquam, te triumphas-
sem quod victorem decet, sed raro maximis
virtutibus parcat iniqua fortuna, et fe-
lices tantum non miseros insequitur, quod
et tibi timendum est. Tu o Rex ab
Orbe toto cruenta spolia expetis, omnium
in exitium ruis: auarum tuam Dominandi
libidinem Regna tua non capiunt propha-
na Sacris, Sacra prophanis misces, plura